



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Iubilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 7. Quam pœnam incurrat publicans, &c. Anno Jubilæo alias Indulgentias
præter eas quæ in ipso Jubilæo continentur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

S. 4. De suspens. Indulgent. &c. 109
ad 7. annos proximos, &c. Lege Gobat-
tum tr. de Jubil. n. 56. & altero tr. de
Indulg. n. 663.

Q. 7. Quam pœnam incurrat publi-
cans, &c. Anno Sancto alias Indulgen-
tias præter eas, quæ in ipso Jubilæo conti-
nentur?

R. Patet ex verbis Bullæ: Præcipi-
mus & mandamus, ne interim aliæ, quam
indicti à Nobis prædicti Jubilæi Indulgen-
tia, five publicè, five privatim, quovis præ-
textu, ubivis locorum & gentium, sub ex-
communicationis eo ipso incurriendæ, aliis-
que arbitrio Ordinariorum infligendis
pœnis, publicentur (publicè manife-
stentur & divulgentur) vel annuntien-
tur (proferantur etiam in parvis con-
ventibus, privatis colloquiis, etiam
coram uno domi, scripto, aut verbo,
afferendo aut dicendo, Indulgentias
alias hoc Anno extare, præter eas
quas affert hoc Jubilæum) aut in usum
demandentur (id est, secundum Quintanad. dub. 15. faciendo diligentias
seu opera ad lucrandas illas alias In-
dulgentias; at secundum Gobatum

110. P. 2. De Jubilæo Anni Sancti.

n. 54. inducendo alios ad conandum
lucrari Indulgentias per Jubilæum
suspensas: plus enim non significat,
in usum demandare.

Quare, inquit Gobat, male quidem
ageret, qui requisita ad lucrandas Indul-
gentias plenarias Quinque Sanctorum,
Congregationis Rosarii, &c. perficeret
Anno Sancto cum intentione eas omnes
lucrificiendi; atramen excommunicatio-
nem non incurreret. Ita censuerunt Viri
docti, à me super hoc dubio consulti.

Obserua I. non incurri excommu-
nicationem ab ignorantе præceptum
illud, aut annexam censuram, ex pro-
babiliſſimâ Doctorum sententiâ, non
incurri censuras & alias poenas Ec-
clesiaſticas ab ignorantibus, ius ſeu
præceptum factum, aut ipsas poenas.
De quo alibi, & Gobat h̄ic. n. 53:
Nullam censuram reipsâ incurri, niſi à
conſciis illius, communissima, veriſi-
que opinio eſt.

II. Non incurritur illa excommu-
nicatio à publicante, nuntiante, aut in
iſum demandante Indulgentias non
ple-

S.4. De suspens. Indulgentiar. &c. III.
um plenarias: solum enim suspenduntur
um Anno Sancto Indulgentiæ plenariæ,
at , ut dictum est: q. 2. R. 3. atque adeò
dem hæc solæ prohibentur publicari, nun-
dul- tiari, &c. ut ipsi Navarro respondit:
m , R. mus D. Datarius de mente Grego-
eret rii XIII. Juverit legiſſe Navarrum.
ines Notab. 33. n. 6.

Viri III. Neque incurreret; qui ex pro-
nu- bili opinione censens aliquas In-
tio- du- duc- plenarias non esse
Viri suspensas, eas publicaret, &c. Gobat
nu- n. 53, Quintanad. dub. 15. Sed an ex-
tio- padiat has aut illas publicare, &c. vi-
pro- deat vir prudens: evitanda siquidam
n. 53: Praetorium offensio, scandalum, &c.

Ec- IV. Peccaret quidem graviter, qui
seu temerario ausu, publicaret, &c. fa-
nas. cultates absolvendi à casibus Papa re-
53: servatis, &c. non esse suspensas; non
fi à tamen incurreret excommunicatio-
ma- nem Bullæ suspensivæ: Quia illa in-
fligitur solum publicantibus,
n. 53: &c. Indulgencies suspensas;
ut patet ex Bullâ.

SECTIO